



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 171. Conciliabulum Rotterodamense.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

Sæc. XVII. perio subest, suis aggregabat, se inv.  
A. C. 1605. tum ad arma nonnisi civium suorum pro  
tervia fuisse provocatum declarans: In  
super flocci habebat urbium Ante-  
carum Legatos, qui enixe Julium  
rabant, ut si quid juris controversia  
obsessis haberet, non armis, sed ju-  
experiretur: Ad hæc Dux quidem  
vibus pacis conditiones, adeo iniquas  
tamen proposuit, ut obsessi eas reuicere  
cogerentur, sequenti tamen anno pa-  
ctis induciis, cum Cæsar's Legati cum  
Saxonis suam interponerent auctori-  
tatem, ac insuper ventus hostilem dis-  
rumperet aggerem, proin flumen un-  
das refunderet, Julius capto ex neces-  
sitate consilio obsidionem solvit, item  
ad arbitros, Cæfare jubente, reuicere  
tere coactus.

## §. CLXXI.

*Conciliabulum Rotterodamense.*

*Abregé Chronol. de l'hist. Eccles. tom. 3. Limbroch. rela. Hist. p. 48. & seq. Declar. press. Re- monst. p. 34.* **H**oc item anno die trigesima Augus-  
tini Calvinistæ Rotterodami Concilia-  
bulum celebrarunt, in quo omnibus  
Ministellis præceptum, ut rursus Ca-  
techismo & fidei Confessioni inter Re-  
formatos receptæ subscriberent: Huic  
decreto ex Arminienibus obseverbant  
potissimi: eapropter Synodus oblati  
Fæderatis Ordinibus libello supplici-  
pete-

petebat, ut Nationale Concilium cele- Sæc. XVII.  
brare liceret: annuere hi, atque ad an- A.C. 1605.  
num Christi millesimum sexcentesimum  
octavum re ipsa ejusmodi Synodus est  
indicta, tardius vero celebrata, eo quod  
Jacobus Arminius hujus sectæ Author  
toto studio extorquere niteretur, ut  
Confessio Belgica & Catechismus Pa-  
latinus recognoscerentur, atque novo e-  
xamini subjicerentur; ipse enim & quam-  
plurimi alii ex Calvinistis palam edi-  
cebant, quod ejusmodi humanæ fidei  
sanctiones præter Scripturam Sacram  
nemini in Ecclesia obtrudi possent, præ-  
sertim cum in præfata Confessione &  
Catechismo variis reperirentur errores.  
Attamen contra-Remonstrantes, cum  
suam sectam fidei erroribus scatere, fa-  
teri erubescerent, Arminii desiderio se-  
se acerrime opponebant, caussati, quod  
hæ sanctiones primum anno Domini  
millesimo quingentesimo septuagesimo  
octavo in Synodo Dordracensi a regio-  
num istarum Ecclesiis receptæ fuissent,  
proin si nunc recognoscerentur, hoc ipso  
doctrina suæ Ecclesiæ redderetur su-  
specta, ac confusiones & rixæ ex in ori-  
rentur, necnon progressu temporis no-  
xiæ & perniciosaæ doctrinæ introduci  
possent, prurientibus & novaturienti-  
bus ingenii occasione data ad proferen-  
da semper dogmata nova. Ita sane  
Prote-

Sæc. XVII. Protestantium secta tandem mere Pol  
A.C. 1605. tica evasit Religio, aut multiplex di  
sidentium factio.

## §. CLXXII.

*Decreta ac Constitutiones Synodales  
Diæcesis Curiensis.*

*Concilia  
Germ.*

*Sæc. XVII.* Joannes V. Flugiorum ab Aspernot Cu-

riæ Episcopus ante Synodum Diæcesanam, quam se brevi indictum pollicebatur, varia decreta & Constitutio-  
nes Synodales seu potius pastorales Cen-  
sui instructiones pro emergentibus cas-  
bus condidit, quarum præcipuas in-  
præsentiarum recensemus. Declarat  
autem, quod febri vel alia levi in-  
mitate laborantes non excusentur par-  
so Canonico, insuper prohibuit Cle-  
ris, ne Chirurgos, Medicos, Lanio-  
nes aut venatores agerent, aut cele-  
brantibus sub Altarium mappis herbas,  
carnes vel alia supponi permetterent.  
Præceptum quoque Parochis, ut ultra  
diem a sua Parochia non absint, quin  
interim idoneum subrogent. Jubentur  
etiam Decani, ut absque omni huma-  
no respectu omnes suos Clericos juxta  
Tridentinum Concilium & Catechis-  
mum Romanum præcipue circa Sacra-

men.